

Tertium.

mulieri adultere. Non te condemna
ho. vade et amplius noli peccare

Incipit quodlibet tertium

Questiū est de deo de an-
gelis. de hoīb? .7 de crea-
turis pure corporalib?. de
deo q̄ntū est. et q̄ntū ad
naturā diuinā. 7 quā-
tum ad naturam humanam assum-
ptā. **C**irca diuinam naturam que-
sita sunt duo de potentia dei. **P**ri-
mo vtrum deus possit facere q̄ ma-
teria sit sine forma. **S**ecūdo vtrū
possit facere q̄ idem corpus simul lo-
caliter sit in duobus locis

Articulus primus

Ad primum sic p̄ceditur. **V**i-
detur q̄ deus possit facere q̄
materia sit sine forma. **S**icut
enim materia s̄m suū esse dependet
a forma. ita accidēs a subiecto. **S**ed
deus potest facere q̄ accidēs sit si-
ne subiecto. vt patet in sacramento
altaris. ego potest facere q̄ materia
sit sine forma. **S**ed contra. **D**eus
non potest facere contradictoria eē
simul. **S**ed materiam esse sine for-
ma implicat contradictionem. eo q̄
esse materie importat actum qui est
forma. **N**on ergo deus potest facere
q̄ materia sit sine forma. **R**espon-
sio dicendū q̄ vniuscuiusq̄ rei virt^{us}
actiua est estimāda s̄m modum essen-
tie. eo q̄ vnumquodq̄ agit in quan-
tum est ens actū. vnde si in aliquo in-
ueniatur forma aliqua vel natura
non limitata seu contracta erit virt^{us}
eius se extendens ad omnes actus
vel effectus conueniētes illi nature.
puta si intelligeretur esse calor per
se subsistens vel in aliquo subiecto

quod sciperet ipsum s̄m totum eius
posse. sequeretur q̄ haberet virtutē
ad producendum omnes actus et
effectus caloris. **S**i vero aliquid
subiectum non sciperet calorem s̄m
eius totum posse. sed cum aliqua cō-
tractione et limitatione. non haberet
virtutem actiuam respectu omnium
actuum vel effectuum caloris. **C**um
autem deus sit ipsum esse subsistens
manifestum est q̄ natura essendi con-
uenit deo infinite absq̄ omni limita-
tione et contractione. vnde eius vir-
tus actiua se extendit infinite ad to-
tum ens. et ad omne id quod potest
habere rationem entis. **I**llud ergo
solum poterit excludi a diuina potē-
tia. quod repugnat rationi entis. et
hoc nō propter defectū diuine potē-
tie. sed quia ipsum non potest esse
ens. **U**nde non potest fieri. **R**epu-
gnat autem rationi entis non ens si-
mul et s̄m idem existens. vnde q̄ ali-
quis simul sit et non sit. a deo fieri
non potest nec aliquid contradictio-
nem includens et de huiusmodi est
materiam esse actu sine forma. om-
ne enim quod est actu vel est ipse
actus. vel est potentia participans
actum. esse autem actu repugnat ra-
tioni materie. que s̄m propriam ra-
tionez est ens in potentia. **R**elinquit
ergo q̄ non possit esse in actu nisi in
quantum participat actum. actus
autem participatus a materia nihil
est aliud q̄ forma. vnde idē est dictū
materiam esse in actu et materiam
habere formam. **D**icere ergo q̄ ma-
teria sit in actu sine forma. est dicere
cōtradictoria esse simul. vnde a deo
fieri non pōt. **A**d illud ergo quod
in contrarium obijcitur dicendum
q̄ accidēs s̄m suum esse dependet
a subiecto sicut a causa sustentante
ipsū. et quia deus potest producere

Quodlibet

omnes actus secundarum causarum absq; ipsis causis secundis potest cōseruare in esse accidēs sine subiecto. sed materia fm suum esse actuale dependet a forma in quantum forma est ipse actus eius. vnde nō est simile

Articulus secundus

Ad secundum sic proceditur. Videtur q; deus possit facere vnum corpus simul esse localiter in duobus locis. Difficilius enī est q; hec substantia mutetur in illam substantiam q; hoc accidens mutetur in illud accidens. Sed in sacramento altaris ex hoc q; diuina virtute substantia panis remanentibus eius dimensionibus fm quas commensuratur loco. conuertitur in substantiā corporis xp̄i seq̄t q; idē corpus xp̄i sit nō localit̄ fm cōmensurationē propriarū dimensionū s; sacramentaliter in pluribus locis simul. ergo potest facere q; dimensio huius corporis conuertatur in dimensionem alterius corporis et sic erit idem corpus localiter in duobus locis simul.

Sed contra. Omnia duo loca distinguuntur adinuicem fm aliquā loci contrarietatem. que sunt sursum et deorsum. ante et retro. dextrum et sinistrum. Sed deus non potest facere q; duo p̄traria sint simul. hoc enī implicat contradictionem. ergo deus non potest facere q; idem corpus localiter sit simul in duobus locis.

Responso. dicēdum q; aliquod corpus esse localiter in aliquo loco. nihil est aliud q; corpus circumscribi et comprehendi a loco fm cōmensurationem propriarū dimensionū. quod autem comprehenditur a loco aliquo ita est in ipso loco q; nihil ei est extra locum illum. vnde ponere

q; sit localiter in hoc loco. et tamen sit in alio loco. ē ponere cōdictoria eē sunt. vnde fm p̄missa hoc a deo fieri nō pot̄. **A**d illud ēgo qd̄ in cōtrariū obijcit dō q; difficult̄ est hoc accidēs mutari in illud q; hanc substantiam mutari in illam substantiam tū quia due substantie cōueniunt in subiecto materiali quod est pars essentialis vtriusq; substantie. tū quia substantia habet indiuiduationem per se ipsā. **A**ccidens v̄o non est indiuiduabile per se ipsum sed per subiectum. vnde non potest ei conuenire q; hoc accidens conuertatur in hoc accidens dato tamen q; hec dimensio conuertetur in illam dimensionem. non sequeretur q; idem corpus esset in duobus locis simul. sed in vno tantum quia sicut postq; substantia panis p̄uersa est in substantiā corporis christi iā non sunt ibi due substantie. sed vna tantum. ita etiam si hec dimensio huius corporis conuertatur in illā dimensionem alterius corporis. ita non erunt due dimensiones sed vna tantum. et sic non commensuratur diuersis locis sed vno tantum.

Deinde quesitum est de deo. quantum ad humanam naturam assumptam. et circa h̄ quesita sunt tria. **P**rimo quantum ad animam vtruz scilicet anima xp̄i sciat infinita. secundo quantum ad corpus. vtrum scilicet oculus xp̄i post mortē dicitur equivoce oculus vel vniuoce. **T**ertio quantum ad actū coniuncti qui est comestio vtrum scilicet post resurrectionē christus vere comedit incorporando sibi cibum.

Articulus. iij.

Ad primū sic p̄cedit. Videt̄ q; aia xp̄i nō possit scire infinita. **N**ullū enim donū creatū cū sit infinitum. potest eleuare creaturam ad

Tertium.

id quod est propriū dei. q̄a tale est infi-
niti. Sed gr̄a vnionis ē donuz crea-
tum. cognoscere autem infinita ē pro-
prium dei cuius sapientie non est nu-
merus. Ergo anima christi p̄ gratiā
vnionis nō potest eleuari ad cogno-
scendū infinita. **P**reterea Dionysii
xi. c. celestis hierarchie ponit tria sibi
pporcionata. que sūt sba v̄tus ⁊ opa-
tio. sed sba anime xp̄i nō pōt esse infi-
nita. ergo neq̄ virt̄ eius neq̄ opatio
pōt esse infinita vt infinita cognoscat.
Sed cōtra. Intellectus anime xp̄i
non est minor q̄ volūtas eius. Sed
meritum xp̄i qd̄ est actus voluntatis
anime ei⁹ est infinitum. q̄a fuit suffici-
ens ad infinitoꝝ peccatoꝝ absolutō-
nem. est enim propiciatio p̄ peccatis
totius mundi vt dicitur. j. Jo. j. ergo
et actus intellectiuis anime xp̄i po-
test esse infinitus vt infinita cogno-
scat. **R**esponso dicendum q̄ hic est
opus multiplici distinctione. primo
enim considerandum est q̄ infinitum
potest dici et fm formā ⁊ fm materi-
am. Dicitur enim infinitū ex eo q̄ nō
finitur. Finitur autem et materia per
formā in quantum materia que est in
potētia ad diuersas species determi-
natur ad vnā speciem per formam
et forma per materiam. in quantum
forma speciei que nata est esse in plu-
ribus indiuiduis fm q̄ recipitur in
hac materia determinatur ad indiui-
duum. Sicut ergo materia sine for-
ma habet rationem infiniti ita et for-
ma sine materia. et idō q̄a ip̄a eētia
diuina non recepta aliquo materiali
nec habet p̄mixtionem alicui⁹ poten-
tie. sed est purus act⁹ subsistens. ideo
dicitur infinita. et quia vnūquodq̄
cognoscitur per formam. et fm q̄ est
in actu ideo infinitum fm materiam
est fm se ignotū vt dicit in. iij. phis.
In infinitum autem fm formā est fm

se notissimū. sed quo ad nos est igno-
tum quia excedit nostri intellectus
pportionē. et q̄a quātitas est disposi-
tio materie. et infinitum quantitas
attenditur fm potētia in assumēdo
vnum post alterum. et ideo infinitū
quantitas est fm se ignotum ⁊ non
potest aliquis intellectus cognosce-
re infinitum quantitas in post assu-
mendo vnū post alterum scz nume-
rando partē post partē. Item consi-
derandum ē q̄ vtroq̄ modo contin-
git aliquid esse infinitum simpliciter
et aliquid fm quid. Si enim aliqd̄
corpus sit infinitum fm lōgitudinē
non autem fm latitudinē est infini-
tum fm quid. Si vero fuerit infini-
tum fm omnes dimensiones. erit in-
finitum simpliciter. Similiter si in-
telligatur forma alicuius speciei esse
nō in materia. vt platonici posuerūt
ei it̄ infinita fm quid quantum scilicet
ad indiuidua illius speciei. tamē
erit finita in quantum scilicet deter-
minatur ad genus et speciem. Sed
diuina essentia est simpliciter infini-
ta. quia est absoluta ab omni circū-
scriptione generis vel speciei. **I**te
considerandum est q̄ duplex est sciē-
tia. vna dicitur scientia visionis per
quam cognoscuntur ea que sūt erūt
vel fuerunt. Alia simplicis noticie p̄
quā cognoscunt̄ ea q̄ nec sūt nec erūt
nec fuerūt s̄ esse possunt. Dicendum
est ergo q̄ deus cognoscendo suam
essentiam. quia comprehendit eā. co-
gnoscit scientia simplicis noticie infi-
nita simpliciter. quia cognoscit om-
nia que ipse facere potest non tamē
cognoscit ea in post assumendo scilicet
numerādo vnū post aliud s̄ oīa
sunt. Anima vero christi nō p̄prehē-
dit essentiā diuinā et per cōsequens
neq̄ virtutē eius. vnde nō potest co-
gnoscere oīa q̄ deus facere pōt et idō

Quotlibet

nō cognoscit infinita simplr. pphēdit autē aīa xpī totāz potentiā creature. In potentia autēz creature sunt infinita nō simplicitē. qā potētia creature non se extendit ad ōnia que deus potest. s; fm aliquod gen^o. sicut p̄tinuū est in potentia ad infinitas diuisiones. vñ aīa xpī sciētia simplr. cis noticie cognoscit infinita fm qd que sunt in potentia creature. 7 per hoc patet r̄sio ad obiecta. Nā p̄ime due rationes procedunt de cognitione infinitoꝝ simplicitē. **A**d tertiu dō q voluntas anime xpī ē virtus finita simplicitē. sicut et intellectus eius. meritū autē christi hēt in finitatez ex dignitate. inquantū scilz est meritū dei et hominis

Articul^o quartus

Secundum sic proceditur videtur q oculus xpī post mortē nō fuerit equoꝝce oculus. corpus enī xpī 7 quelibet partium eius sustēnsicat per ipostasim dei verbi s; hypostasī vbi dei māsit vnita cor poris christi 7 p̄tibus eius post mortē ergo fuit idem fm substantiam corpus christi post mortem 7 ante secundū totum 7 fm omnes partes eius. Nō ergo ocul^o xpī fuit equoꝝce ocul^o post mortē. **P**reterea philo sophi loq non nouerunt nisi de homine puro. Sed xps non fuit pur^o hō. s; homo 7 deus. ergo quod phs dicit oculū hominis mortuū esse equoꝝce oculū non habet locuz in xpo. **S**ed contra. christus est vniuoꝝce hō cū alijs hominibus. 7 mors eius fuit vera sicut et aliorum hominū mors. Cum ergo oculus cuiuslibz hominis mortuū equoꝝce oculus dicatur. videtur q etiam ocul^o xpī post mortem sit equoꝝce oculus. **R**esponso dicendū q equiuocū et vniuocū dicitur fm diffinitiuā ra

tionem eandem vel non eandem. rō autēz diffinitiuā cuiuslibet speciei sumitur a forma specifica ipsius. **F**orma autem specifica hominis est anima rationalis vñ remota anima rationali nō pōt homo remanere vniuoꝝce s; equiuoꝝce tantū. optz autē idē accipere in partibus. quod ē in toto nam sicut anima se habet ad totum corpus. ita pars aīe se habet ad partem corporis. vt visus ad oculum. vt dicitur in. ij. de aīa. vñ sepata aīa a corpore sicut non dicitur homo nisi equiuoꝝce. et hoc indifferēter. siue p̄ supponatur alia forma substantialis in corpore ante animā rationalē. vt quidam vo. siue non. vt magis vidēt p̄sonum veritati. quodcūq; enim eētialium principioꝝz subtrahat. iam non remanebit eadem ratio speciei. vnde nec nomē vniuoꝝce dicit. **S**olo autēz hoc modo anima recedēte remanēt corpus humanum et partes eius secundū eandem rationē speciei si anima non vniret corpori vt forma. s; tunc sequerēt q nec per vnioꝝnem anime esset substantialis generatio nec p̄ separationem corruptio. qd quidē ponere in corpore xpī est hereticū. **D**icit enī **D**ama. in. ij. li. corruptionis nomen duo significat. significat enim humanas has passiones famem suū. laborem. clauorū perforationē mortem sc; separationem anime a corpore et quecunque talia. **S**ignificat etiam corruptionē perfectam corporis in ea et quibus composituz est elementa destructionē et dissolutōnem. huius experimentum corpus diuinum nō habuit vt ait propheta. **N**on dabis sanctum tuum videre dyasozam. i. destructionem. **I**ncorruptibile autē fm insipiētē **J**ulianum et **S**alanū

Tertium

corpus domini dicere fm primum corruptionis significatum ante resurrectionem impium est. Si enim incorruptibile non omosion scilicet con substantiale nobis et nō veritate facta sunt que facta esse euangelium ait. et opinione et nō veritate saluati sum? Sicut ergo christus in triduo mortis ppter separationem aīe a corpore que est vera corruptio. non dicitur fuisse homo uniuoce. sed hō mortu⁹. ita nec ocul⁹ ei⁹ in triduo mortis fuit uniuoce ocul⁹ s; equiuoce sic ocul⁹ mortu⁹ et eadem ratō ē de alijs partibus corporis xp̄i. Ad p̄mum ergo dō. q̄ substantia dicitur duplici. Quandoq; enim sumit̄ pro ipostasi. et sic verum ē q̄ corp⁹ xp̄i sustentificatum mansit per ipostasim dei vbi. non enim per mortem soluta ē vnio verbi neq; ad aīam neq; ad corpus. et sic remanet simplicit̄ idē corp⁹ numero fm ipostasim siue suppositum. qd est persona verbi. Alio mō accipitur substantia pro essentia vel natura. et sic corpus xp̄i sustentificat per animam sicut per suam formam. nō autē per verbum. quia verbum non vnitur corpori vt forma. hoc enim ē hereticuz fm heresim Arrii et Apollinaris. qui posuerunt verbuz esse in xp̄o loco anime. Sequeretur etiam q̄ esset vnio dei et hominis facta in natura. quod p̄tinz ad heresim Aucticis. Sic ergo corp⁹ xp̄i post mortem est simpliciter idē fm substantiam que est ipostasis. non autē fm substantiam que est essentia vel natura. Uniuocatio autē et equiuocatio nō respiciunt suppositū sed essentiam vlt naturam. quam significat diffinitio. Ad secunduz dicenduz q̄ et si xp̄s non sit purus homo. est tamen ver⁹ homo. et mors eius fuit vera mors vnde quicquid est veruz de homine

inquārum est homo. et de morte hominis. totum est verum de xp̄o et de morte eius

Articulus quintus
Tertium sic proceditur. Videtur q̄ xp̄s post resurrectionem vere comederit cibum sibi incorporādo. quia vt aug. dicit in libro lxxiij. questionum Si fallit veritas non est. Unde nlla fictio decet xp̄m qui est veritas. Esset autem fictio si non vere sibi cibum incorporaret. quē ipse comedere vi debatur. Vere ergo comedit incorporādo sibi cibū. Sed contra est qd Dam. dicit in tertio libro. Quod christus et si gustauit cibum post resurrectionem. sed non lege nature sed dispensationis modo. veritatem credere faciēs resurrectionis. et q̄ hec eadem caro est. que passa est et resurrexit. **R**esponso dicendum q̄ aliquid dicitur esse vtz dupliciter. vno modo veritate significationis. alio mō veritate naturalis speciei. sicut vox est vera veritate significationis. quando significat esse quod est. Veritas autem naturalis speciei depēdet ex principijs speciei. non autem ex effectibus. vlt ex his que quocunq; modo consequuntur. vnde vox dicitur vera veritate naturalis speciei. quando formatur debitis instrumentis. et ex ore animalis profertur cum quadam imaginatione. etiam si a nullo audiat quod est effectus consequēs vocem. Reguntur autem in scripturis absq; necessitate et angeli comedis. et xp̄s post resurrectionē. et vtraz comestio fuit vera vt aug. dicit xij de civitate dei. Aliter tamen et aliter. In angelis enim fuit vera veritate significationis. quia vt aug. ibidem dicit angeli comederunt nō q̄ indigebāt s; q̄ volebant et poterāt. vt hoībus

Quodlibet

quada; sui ministerij humanitate cōgrueret. In christo autem fuit vera comestio veritate naturalis speciei. fuit enī exercita naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis. et etiam fuit vera veritate significatio nis quia significabat veritatem humane nature in corpore resurgente. **Q**uod autem cibus convertatur in corpus. est quoddā consequēs comestionem. Unde etiam in nobis si cibus non convertatur. s; statim per vomitum eijciatur. nihilominus vera fuit comestio que precessit. Non autem conveniebat ut in corpore christi cibus converteretur. quod iam erat extra statum generationis et corruptionis. unde cibus ille fuit virtute xp̄i resolutus in precedentem materiam. Non autem in christi corpus puerus. et tamē fuit vera comestio absq; aliqua fictione. unde patz responsio ad obiecta.

Deinde questum est de angelis. Et circa hoc quesita sunt tria. **P**rimo utrum aliquo modo angelus sit causa anime rationalis. **S**ecundo utrum angelus in fluat in animam humanā. **T**ertio utrum angelus malus .i. dyabolus inhabitet substantialiter hominem in quolibet peccato mortali.

Articulus sextus
Hoc primum sic procedit. **V**idetur q; angelus sit causa anime rationalis. **Q**uocūq; enim qualificantē in natura. ita tamen q; unum eorū est prius altero in ordine nature. id quod est prius est causa eius quod est posterius. **S**ed anima et angelus qualificantur in natura. sunt enī homo et angelus in natura pares. officio dispares. angelus tamē prius est ordine nature q; anima humana. quia est simplicior. ergo ange-

lus est causa anime rationalis. **S**ed contra. Anima rationalis educitur in esse per creationem. **S**ed creare cū sit potentie infinite est solius dei. **N**on ergo angelus potest esse causa anime rationalis. **R**esponsio dicē dum q; impossibile est id quod per creationem producit ab alio causari q; a prima omnium causa. cuius ratio est fm platonicos. quia quanto aliqua causa est superior. tanto eius causalitas ad plura se extendit. unde oportet in effectibus id quod ad plura se habet. ad superiorem causam referatur. **M**anifestum est autem q; in ordine principiorum essentialium quanto aliqua forma est posterior. tanto est magis cōtracta. et ad pauciora se extendit. quanto autem forma est prior et propinquior subiecto primo. tanto oportet q; ad plura se extendat. **S**equitur ergo q; forme posteriores sunt ab inferioribus agentibus. potes vero et communiores a superioribus. **E**t sic relinquitur q; id quod est primus subsistēs in vnoquoq; sit a prima omnium causa. **Q**uestiōbet ergo alia causa preter primam oportet q; agat presupposito subiecto. quod est effectus cause prime. **N**ulla ergo alia causa potest creare nisi prima causa que est deus. **N**am creare est producere aliquid non presupposito subiecto. **Q**uocūq; ergo non possunt produci in esse nisi per creationem a solo deo causantur. **H**ec autem sunt illa que cum sint subsistentia vel non sunt composita ex materia et forma. sed sunt forme in suo esse subsistentes. sicut sūt angeli. vlt ea q; si sunt composita ex materia et forma. tū materia eorum non est in potentia nisi ad unam formam. sicut est in corporibus celestibus. **U**traq; enim hec non producantur absq; productio

Tertium

ne primi substantis in eis. Possunt autem produci in actum absq; productione primi subiecti tā composita ex materia et forma. quorum materia est in potentia ad diuersas formas. et sic in eadem materia possunt sibi diuersae forme succedere. tam etiā forme que non sūt subsistētes in suo esse. que quidem non dicuntur esse. quia ipse habeant esse. sed quia subiecta habent aliquo modo esse sūm ea. vnde nec ipse sūm se dicuntur fieri vlt corrumpi. sed in quantum subiecta sūt entia in actu vel nō entia sūm ipsas. Anima autem rationalis ē subsistēs in suo esse. alioquin non posset habere operationem absq; communiōne sue materie. Unde sūmquitur q; anima rationalis non possit produci in esse per creationem. et ita q; angelus nullo modo sit causa eius sed solus deus. Ad illud vero quod in contrariū obijctur dicendum q; prima propositio inducta videtur includere opposita. Si enim anima et angelus parificantur in natura. angelus non est prior anima sūm ordinem nature. nisi dicantur parificari in natura. quia cōueniunt in natura non quidem speciei sed generis. Nō autem oportet q; omnium que conueniunt in natura generis vel speciei id quod est prius sit causa omnium aliorum. et quidem in eadem specie non potest vnum esse prius altero proprie loquendo ordine nature. q; species predicatur equaliter de omnibus indiuiduis. vt dicitur in trō methaphisice. In generibus autem non est sic. Nā inter species vni⁹ generis vna ē naturaliter prior et perfectior altera. Est autē in indiuiduis vnus speciei vnum altero tempore prius. 7 quamuis aliquod indiuiduum quod est pri⁹ tempore. sit cau-

sa cuidam alij. quod est posterius. vt pater ē causa filij. sic in obijctō tangebatur. non tamen hoc est vniuersaliter verum. non enim omnes antiquiores sunt causa omnium iuniorum. Similiter etiā contingit id qd est prius inter species eiusdem generis esse aliorum principium 7 causā. sicut motus localis aliorum motū. et binarius aliorum numerorum. et triangulus aliarum figurarum rectilinearum. non tamen hoc est vniuersaliter verum. Non enim homo qui est perfectissima species animalis est causa actiua aliarum specierum. vnde non oportet q; angelus sit causa factiua anime. Procedit autem ratio hec sūm opinionem quorundā ponētium deum agere per necessitatem nature. vt sic ab vno simplici non sit nisi vnus immediate. quod sit causa alterius. et sic vsq; ad vltima rerum. Nos autem ponimus deum agere omnia per suam sapientiam. per quā ordinem rerum disponit. et sic ab ipso diuersi gradus rerum immediate per creationem producuntur.

Articulus septimus.

Secundum sic proceditur. Videtur q; angel⁹ nō possit influere in animam humanā. Quorum enim distantius vnum nō influit in alterum nisi per aliquod mediū. Sed angel⁹ et anima distāt abinvicem. Cū nō sit dare aliquod mediū per quod influat influxus ab angelo in aiām. ergo videt q; angelus non possit influere in animam. Sed cōtra Dionysij⁹ dicit octauo capitulo celestis hierarchie. Homines purgantur illuminantur et perficiuntur ab angelis. Sed hoc non fit nisi per quendam influxum. ergo ange-

Quodlibet

lus potest influere in animam huma-
nam. **R**esponſio dicendum q̄ vnū
quodq; agens agit ſm modū ſue na-
ture. et ideo vbi ignoratur mod⁹ na-
ture rei. neceſſe eſt etiam vt modus
actionis eius ignoretur. **C**od⁹ au-
tem nature angelice eſt nobis ignor⁹
ſecundum q̄ in ſe eſt. **N**ō enī in hac
vita ſcire poſſumus de eis quid ſunt
ſed aliqualem cognitionez de eis ha-
bere poſſum⁹ per ſimilitudinem ſenſi-
bilium rerum. vt **B**ionyſi⁹ dicit pri-
mo et ſecundo capitulis celeſtis hier-
archie. **U**nde et modum actionis
ipſorum cognoscere non poſſumus
niſi per ſimilitudinem ſenſibilium agen-
tium. **I**nvenimus autē in ſenſibilibus
agentibus q̄ id quod eſt in actu agit
in id qd eſt in potentia. et q̄ oportet
q̄ agens coniungatur patienti ſm ſi-
tum per corporalem cōtactū. **Q**uan-
to autem natura intellectualis eſt ſu-
perior. tāto ē magis actualis vtpote
deo ſimilior. qui eſt actus purus.
vnde ſuperiores angeli poſſunt agere
in inferiores angelos. et in animas
noſtras. ſicut id quod ē in actu agit
in id quod eſt in potētia. et hui⁹ mo-
di actō dicitur influxus. **Q**uod autē
eſt in corporalibus ſitus eſt in ſpiritu-
alibus ordo. nam ſitus eſt quidā or-
do partium corporalium ſm locum
et ideo ipſe ordo ſubſtantiarum ſpiri-
tualium adinvicē ſufficit ad hoc q̄
vna influat in alteraz. nec requiritur
ibi mediū corporale vlt locale. quia
huiusmodi actiones ſunt ſupra lo-
cum et tempus que in corporalibus
ſunt. et per hoc patet ſolutio ad ob-
iecta.

Articulus octavus.

Ad tertium ſic proceditur. **Q**ui-
derur q̄ dyabolus ſemper
ſubſtantialiter inhabitet ho-
minem quancūq; peccat morta-

lit. **C**ulpa enim mortalis opponitur
gratie. **S**ed ſpiritus ſanctus ſemper
inhabitat hominem cum gratia. ſm
illud. i. ad **C**orinthios tertio. **T**em-
plum dei eſtis. et ſpiritus dei habitat
in vobis. ergo etiaz ſpiritus immun-
dus ſemper inhabitat hominem cū
culpa mortali. **S**ed contra eſt q̄
dyabolus per peccatū inhabitat ho-
minem ſicut per ſuū effectum. **S**ed
non omne peccatū mortale eſt a dy-
abolo. ſed quancūq; a carne et a mū-
do. ergo dyabolus nō ſemper inha-
bitat hominem cum culpa mortali.

Responſio dicendum q̄ dyabolū
inhabitare homines potest intelligi
dupliciter. **U**no modo quantum ad
animam. alio modo quantum ad cor-
pus. **Q**uantum ad animam quidem
non potest dyabolus inhabitare ho-
minem ſubſtantialiter. quia ſolus de-
us illabitur menti nec ita dyabolus
cauſat culpam ſicut ſpiritus ſanctus
gratiaz. **S**piritus enī ſanct⁹ interi⁹
operatur. ſed dyabolus exterius ſug-
gerit. vel quantum ad ſenſū vel quā-
tum ad imaginationem. **D**icitur ta-
men inhabitare affectum hominis p
effectum malicie. non ſolum quando
ex eius ſuggeſtione peccatum perpe-
tratur. ſed etiam per quocūq; pec-
catum mortale. quia ex quolibet
q̄ peccato mortali homo ſervituti
dyaboli addicitur. **S**ed quantum ad
corpus dyabolus potest hominem
ſubſtantialiter inhabitare. ſicut patet
in arrepticis. ſed hoc magis pertinet
ad rationē pene q̄ ad rationem cul-
pe. **P**ene autē corporales huius vi-
te non ſemper conſequentur culpam
ſed quancūq; peccantibus non infe-
runtur. et quancūq; nō peccantibus
inferuntur vt dicitur **J**ohannis no-
no de ceco nato. et hoc eſt ſm altitu-
dinez incomprehenſibilium iudiciorū.

*An dyabolus inhabitat
libet homines quancūq;
peccat mortali?*

Tertium

dei. unde nō cū qualibet culpa mortali dyabolus inhabitat hominem substantialiter. etiam quantū ad corpus. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde quesitum est de hominibus. Et primo quesita sunt quedam pertinentia ad quosdam homines excellentioris status scilicet ad doctores et religiosos. Secundo quedam pertinentia ad homines inferioris status scilicet laycos. Tertio quedam pertinentia communiter ad omnes homines. De doctoribus sacre scripture quesita sunt duo. Primo utrum liceat quod aliquis per se petat licentiam in theologia docendi. Secundo utrum auditores diversorum magistrorum theologie habentium contrarias opiniones excusentur a peccato si sequantur falsas opiniones magistrorum suorum.

Articulus nonus

Hoc primum sic procedebatur. Videtur quod nemini liceat pro se petere licentiam in theologia docendi. Doctores sacre scripture adhibentur ministerio verbi dei. sicut et prelati. Sed non licet alicui petere prelationem. imo ut Gregorius dicit in registro. Recusantibus dignitates ecclesiastice sunt conferende. petentibus autem sunt denegande. ergo nequaquam alicui licet petere cathedram magistralem ad docendum in sacra scriptura. Preterea aug. dicitur de civitate dei. Locus superior sine quo populus regi non potest administrari ut decet. inconuenienter tamen appetitur. ergo et inconuenienter petitur. Patet ergo ratione cathedra magistralis. que est etiam locus superior. Sed contra est quod

Gregorius dicit in pastoralis. quod gradus magistrorum est periculosus. gradus autem discipulorum est securus.

Sed hoc videtur ad perfectionem pertinere. ut aliquis propter aliquod bonum periculis se exponat. ergo videtur esse laudabile quod aliquis cathedram magistralem appetat. et pro se petat.

Responsio dicendum quod ad evidentiam huius questionis oportet triplicem differentiam considerare cathedre magistralis ad cathedram pontificalem. Quarum prima est quod ille qui accipit cathedram magistralem non accipit aliquam eminentiam quam prius non habuerat. sed solum oportunitatem communicandi scientiam quam prius non habebat. Non enim ille qui licentiam aliquam dat ei scientiam. sed auctoritatem docendi. Ille vero qui accipit cathedram episcopalem accipit eminentiam potestatis quam prius non habebat. sed quantum ad hoc in nullo ab alijs differrebat. Secunda differentia est quod eminentia scientie que requiritur ad cathedram magistralem est perfectio hominis sui ipsam. eminentia vero potestatis que pertinet ad cathedram pontificalem est hominis per comparationem ad alium. Tertia differentia est quod ad cathedram pontificalem fit homo idoneus per charitatem excellentem. unde dominus antequam Petro suarum ovium curam committeret quesivit ab eo. Symon Johannis diligis me plus his. ut dicitur Johannis ultimo. Ad cathedram autem magistralem redditur homo idoneus ex sufficientia scientie. His ergo consideratis manifestus est quod appetere aliquid quod pertinet ad perfectionem sui ipsius est laudabile. unde appetitus sapientie est laudabilis. Dicitur enim sapientie sexto. quod concilio

Quodlibet

πισcentia sapientie perducit ad regni
perpetuum. Appetitus autē potesta-
tis sup alios est vitiosus. quia vt Bre-
gozius dicit. Contra naturam super-
bire est hominē homini velle domi-
nari. vnde si ille qui dat licentiam ad
cathedram magistralez possit eminē-
tiam sapientie dare. sicut ille qui pro-
mouet ad cathedram pontificalem
dat eminentiam potestatis. esset sum-
pliciter exposcenda. cum tamen pete-
re excellentiam potestatis sit turpe.
Cum autem ille qui accipit licentiaz
ad cathedram magistralem accipiat
solam oportunitatem comunicandi
quod habet. petere huiusmodi licen-
tiam quantum est in se. nullam videt
turpitudinem continere. quia com-
municare alijs scientiam quam quis
habet laudabile est. et ad charitates
pertinens fm illud Sapiētie octauo
**Quam sine fictione didici ⁊ sine inui-
dia comunico. Et p̄ma Pe.** quar-
to dicitur Unusquisq; sicut accepit
gratiam in alterutrū illā administrā-
tes. potest tamen turpitudinem con-
tinere ratione presumpcionis. que est
si ille qui nō est idoneus ad docēdū
peteret docendi officium. Sed pre-
sumptio non equaliter est in petenti-
bus licentiam ad docendū et in pe-
tentibus pontificatum. Nam sciētia
per quā aliquis est idoneus ad do-
cendum potest aliquis scire per certi-
tudinem se habere. Charitatem au-
tem per quam aliquis est idoneus ad
officiū pastorale non potest aliq; s
per certitudinem scire se habere. et iō
semper est vitiosum pontificatus pe-
tere. nō semp aut vitiosum est petere
licentiam docendi. quamuis honesti-
us sit q; per alium petatur. nisi forte
aliquando ex causa aliqua speciali.
Per hoc ergo patet respōsio ad pri-
mas duas rationes. Ad tertijz di-

gendū q; quicumq; nō cauet pericu-
la videtur contemnē id cuius detri-
mentūz pericula inducere possunt. ⁊
quia laudabile est q; homo contem-
nat bona corporalia propter bona
spiritualia. laudabile est q; aliq; s pe-
riculis corporalib; se exponat prop-
ter spiritualia bona. sed contemnere
spiritualia bona est valde vitiosum
et ideo q; aliquis periculis spiritua-
libus se exponat. est valde vituperā-
dum Imminent autem pericula spi-
ritualia his qui habēt magisterij lo-
cum. Sed pericula magisterij cathe-
dre pastoralis deuicit scientia cum
charitate. quam homo nescit se per-
certitudinem habere. pericula autēz
magisterij cathedre magistral' vitat
homo per scientiam. quā potest ho-
mo scire se habere. vnde non est simi-
lis ratio de vtroq;

Articulus decimus.

Hsecundum sic procedit. Tri-
detur q; auditores diuersoz
magistrozū tenentium di-
uersas opiniones excusentur a pecca-
to erroris. si opiniones magistrozū
suozū sequantur. Dicit enim do-
minus **Mathei** vice simotertō. super
cathedram moisi sederunt scribe et
pharisei omnia que dicūt vobis ser-
uate et facite. Multo ergo magi. ser-
uāda sūt illa que traduntur a docto-
ribus sacre scripture. ergo nō peccāt
qui eozū opiniones sequūtur.
Sed contra est quod dicitur **Matth.**
quintodecimo. Si cecus ducatur ce-
co prestet. ambo in foueam cadunt.
Sed quicumq; errat cecus ē inquan-
tum errat. ergo quicumq; sequit opi-
nionēz errantis magistri in foueam
peccati cadit. **Responso** dicendū
q; diuerse opiniones doctozū sacre

Tertium

scripture siquidem non pertineant ad fidem et ad bonos mores absq̄ periculo auditores vtranzq̄ opinionem sequi possunt. Tunc enim habet locum quod apostolus dicit ad romanos quarto decimo. Unusq̄q̄ in suo sensu abundat. In his vero q̄ pertinent ad fidem et ad bonos mores nullus excusatur si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri. In talibus enim ignorantia non excusat alioquin imunes a peccato fuisset. qui secuti sunt opinionem Arrii Nestorij. et aliorum heresiarcharum. nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditorum. si in talibus erroneam opinionem sequatur. In rebus enim dubijs non est de facili prestandus assensus. quinimo ut augustinus dicit in libro de doctrina christiana. Consultare debet quis regulam fidei. quam de scripturarum plantioribus locis et ecclesie auctoritate percepit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium. siue contra id quod publice tenetur in ecclesie auctoritatem. non potest ab erroris vitio excusari. Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur dicitur q̄ ideo premisit. super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei. ut quod postea subdit. omnia que dixerint vobis seruate et facite. de illis intelligatur que ad cathedram pertinent. ad quam non pertinent ea que sunt contra fidem vel bonos mores.

Quandoque questum est de his que pertinent ad religiosos. Et primo quantum ad ingressum re-

ligionis. **S**ecundo quantum ad ea que conveniunt iam in religione existentibus. **C**irca primum que sita sunt quatuor. **P**rimo utrum liceat iuvenes inducere ad religionis ingressum per obligationem voti vel iuramenti. **S**ecundo utrum sic obligati voto vel iuramento possint absq̄ peccato in seculo remanere. **T**ertio utrum liceat peccatores ad religionem inducere. **Q**uarto utrum peccent qui aliquem iurare faciunt ne religionem ingrediatur

Articulus undecimus.

Hoc primum sic procedebatur videtur q̄ non liceat iuvenes inducere ad religionem voto vel iuramento. Illicitum enim est contra ecclesie prohibitionem agere. Sed innocentius quartus prohibuit in quibusdam litteris ad religiosos directis huiusmodi voti suspensionem. ergo peccant qui voto vel iuramento aliquos ad religionem obligare presumunt. **P**reterea extra. de regularibus et transeuntibus ad religionem capitulo primo dicitur. Nullus tondeatur nisi legitima etate. et spontanea voluntate. Sed quando adolescentes obligati voto vel iuramento ad religionem suscipiuntur tonsurantur non in legitima etate. neq̄ propria voluntate. **S**ed necessitate obligationis voti vel iuramenti ergo hoc videtur esse illicitum. **P**reterea magis est necessarium ut aliqui adducantur ad fidem christianam q̄ ad aliquam religio-

Quodlibet

nem. **S**ed ad fidem christianam
nō sunt aliqui inducendi necessitate
sed voluntate. Dicitur enim q̄drage-
sima quinta distinctione capitulo de
iudeis. Quod nō vi sed libera animi vo-
luntate. et facultate vt conuertantur
suadendi sunt. Ergo multo min⁹ im-
ponenda est necessitas voti vel iura-
menti vt aliqui ad religionem addu-
cantur. **I**tem hoc esse videtur con-
tra honestatem religionis. Adolescē-
tum enim sicut facilis ē ingressus ad
religionem. ita etiam facilis est egres-
sus. Sed ex hoc religio dehonestari
videtur. q̄ de facili recipiāt eos qui
de facili erent. ergo inconueniēs vi-
detur adolescentes ad religionē reci-
pere. **P**reterea non sunt faciēda bo-
na vt veniant mala. Sed ex isto bono
q̄ iuvenes inducuntur ad religionem
sequuntur multa mala. quia apostata-
rant et illegitimas nuptias cōtrahūt
et mlt̄a alia illicita committūt. ergo
non sunt ad religionem aduocandi.
Preterea Math̄i vicesimo tertio
dicit domin⁹. Ne vobis scribe et pha-
risei qui circūitis mare et aridam vt
faciatis vnum profelitum. et cum fue-
rit factus. faciatis eum filium iehēne
duplo q̄ vos. quod proposito vide-
tur competere. Efficiuntur enim sic
intranses iehenne filij dupliciter. Pri-
mo quidem quia male intrans. scilicet
cōtra phibitionem ecclesie. Secūdo
quia etiam male exennt apostatādo
ergo qui eos inducūt vt diuine ma-

ledictionis incurrunt. **I**tem hoc vi-
detur esse contra necessitatem proba-
tionis. Dicitur enim prima Johānis
quarto. Nolite om̄i spiritui credere
sed probate spiritus si a deo sūt. Hoc
autē non videtur esse a deo vt tales
religionem ingrediantur. cui⁹ frequē-
ter erent post ingressum. Dicit̄ enī
Actuum quinto. Si est ex homib⁹
consilium hoc et opus dissoluet. Si
vero ex deo est consilium non pote-
ritis dissoluere. ergo videtur q̄ con-
tra d̄m faciant qui eos inducunt.
Sed contra. Quicūq; potest se ob-
ligare diabolo. potest etiam se obli-
gare deo. Sed pueri possunt se obli-
gare diabolo peccādo vt dicitur ex-
tra de delictis puerorum. capi. Pue-
ris ergo etiam possūt se obligare vo-
to vt iuramēto ad seruiendū deo in
religione. **P**reterea vicesima q̄stio.
p̄ma dicitur. Quod firma erit virginitas
professio ex quo adulta iam etas
esse inceperit. et q̄ solet apta nuptijs
deputari. ergo possunt etiam in tali
etate aliqui obligari ad religionem
voto vel iuramento. **R**esponso di-
cendum q̄ humani actus propter di-
uersos casus vni forme iudiciū habet
re non possunt. nec tamen si cōtingit
aliquid in aliq̄ casu esse maluz ppter
hoc iudicandū est esse simpliciter illicitū.
Posset ergo cōtingere aliquis ca-
sus in q̄ aliquē adolescētē ad religio-
nē obligare vel etiā recipere illicitū eēt
puta si p̄staret vel p̄bilitē crederē

Tertium

de et^o inconstantia. vel si quid aliud
esset huiusmodi. que diligenter confi
derantur in religionibus bene insti
tutis. **D**icere autem q^o malum est res
cipere adolescentes ad religionez est
diabolicum. quia super illud **Exodi**
quinto. **Q**uare moyses et **A**ron so
licitatis populum ab operibus suis
dicit gloza origin. **H**odie quoque si
Moyses et **A**ron id est prophetic^o
et sacerdotalis sermo animam solici
tet ad seruituz dei exire de seculo. re
nunciare omnibus que possidet. attē
dere legi et verbo dei. continue audi
es vnanimis et amicos **P**haraonis
dicentes **V**idete quomodo seducun
tur homines et peruertuntur adoles
centes. et postea hec erant tūc verba
Pharaonis. et nūc amici eius loquū
tur **E**st etiam contra christi pceptū
Dicitur enim **M**atheū decimonono.
Quod oblati sunt ei paruuli vt manus
eis imponeret et ozaret. discipuli au
tem increpabant eos **J**esus autē ait
eis. **S**inite paruulos. et nolite prohi
bere eos venire ad me. **Q**uod expo
nens **O**rigenes super **M**atheū dicit
q^o discipuli **J**esu priusq^o discant ratō
nem iusticie. reprehendunt eos qui
pueros et infantes offerunt xpo **B**o
minus autem exhortatur discipulos
suos condescendere vtilitatibus pue
rorum **H**oc ergo attendere debem^o
ne per estimationem sapientie excel
lentioris cōtemnamus quasi magni
pusillos ecclesie prohibētes pueros

venire ad **J**esum. **S**i tamen pueri in
tantum essent vt nondum vsum ratō
nis haberent. illicitū esset eos ad res
ligionem attrahere absque consensu
parentum. non quia etiā infra ānos
pubertatis pueri in religione recipi
non possunt de consensu parentum.
quia vt dicitur vicesima q^ostione pri
mo capitulo **A**ddidisti **E**t monachi
z quicunq^o etiam pueri infantie ānis
a parentibus monasterio tradi pos
sunt. **S**ed hoc ideo dictum est. quia
pueri quousq^o ad ānos discretionis
peruenerint. sunt secundū ius natura
le in potestate parentum. vnde sicut
inuitis parentibus non sunt infidelis
um filij ad baptismū rapiēdi. ita etiā
non sunt religioni applicandi. **I**am
vero postq^o vsum ratiōis habuerint
per liberum arbitrium habent suipsi
us potestatem in his que ad anime
spectant salutem. vnde inuitis paren
tibus possunt et ad baptismum z ad
religionem duci **E**t voluntate autē
parentum etiā in infantia ad baptis
mum recipiuntur ex ordinatiōe apo
stolorum. vt **B**ionysius dicit vltimo
capitulo celestis hierarchie. vt in res
bus diuinis pueri nutriantur. et non
habeant aliam vitam nisi diuinā cō
templationem. **E**t eadem ratione in
infantie annis monasterijs pueri a
parentibus offeruntur. vt dictum est
Sed quia in questione additur de
obligatione iuramenti et voti ne
hoc remaneat indiscussum. conside
e v.

Quodlibet

rari debet q̄ fm diuersam condicio-
nem iuuenū est in talibus proceden-
dum **S**i enī essent a deo firmi q̄ nō
timerentur a religionis proposito
resilire nō esset nēariū eos inramē-
to vel voto obligare **E**t s̄ si essent
a deo mobiles. q̄ nec etiam crederen-
tur iuramento vel voto posse firma-
ri. sed vt plurimum contingit q̄ sim-
plex propositum de facili mutāt. ob-
ligationem autē voti vel iuramenti
omnino observant. vnde cum voto
vel iuramento ad frugem meliozis
vite obligantur magnum beneficiū
eis prestatur. **U**nde Augustinus
dīc in epistola ad **A**rmariū et **P**au-
linam. **N**on te vouisse peniteat.
imo gaude iam tibi non licere quod
cum tuo detrimento licuisset. **F**elix
est necessitas que in meliora compel-
lit. **A**d primum ergo dicendū
q̄ **I**nnocentius in quibusdam litte-
ris ad religiosos directis que incipi-
unt. **N**on solum in fauorem. sic dī-
cit **V**obis de fratrum nostrorum cō-
silio in virtute obedientie sub pena
excommunicationis auctoritate pre-
sentium districtius inhibemus. ne an-
te annum probationis elapsū. qui
est maxime in subsidij fragilitatis
humane regulariter institutus quen-
q̄ ad professionem vestri ordinis.
seu ad renunciationem seculi facien-
dam recipere presumatis. **Q**ui autem
ad probationem non recipiantur iu-
venes. vel q̄ voto vel iuramento nō
obligentur ad intrandū sine preiudi-
cio temporis probationis nunq̄ in-
uenitur prohibētum. **A**d secun-
dum dicendū q̄ legitima etas in-
dicatur tempore pubertatis. vt patz
per capitulum inductum. **T**unc enī

maxime incipit homo liberum vsu-
rationis habere de his que pertinet
ad suam salutem. **E**st autem scien-
dum q̄ duplex est necessitas. **U**na
que excludit voluntatem. scilicet ne-
cessitas coactionis. et alia que ex vo-
luntaria obligatione causatur. et vo-
luntatem non excludit. et huiusmodi
est obligatio iuramenti vel voti. vñ
de per coactionem non sunt trahen-
di homines vel ad fidem vel ad reli-
gionem. sed voto vel iuramento ad
hoc eos obligare nihil prohibet. et
de hac necessitate augustinus dicit.
Felix necessitas que in meliora cō-
pellit. **E**t per hoc patet solutio ad
tertium. **A**d quartum dicendū
q̄ in rebus voluntarijs sicut et in na-
turalib⁹ non est iudicandū facile qd̄
p̄tingit in paucioribus. sed quod cō-
tingit vt in pluribus. **Q**ui autem in-
trantes religionem creant. hoc con-
tingit vt in paucioribus. multo enim
plures de intrantibus remanent vt
experimento probatur q̄ creant. **A**d
quintum dicendū q̄ cum dicitur.
Non sunt facienda bona vt ve-
niant mala. si ly vt teneatur causali-
ter est omnino verum peccaret enī
si quis ea intentione aliquem ad in-
trandum religionem induceret. vt
postmodum apostataret. **S**i vero
ly vt teneatur consecutine. sic ab om-
nibus bonis esset abstinendum. quia
vix sūt aliqua humana bona ex qui-
bus occasionaliter nō possunt sequi
aliqua mala. **U**nde dicitur ecclesia-
stici vñdecimo. **Q**ui observat ventū
nō seminat. et qui considerat nubes
nūq̄ metet. **T**unc autē solū aliq̄s bo-
nū esset p̄mittēdū p̄ter cōsequēs
malū. qñ malū cōsequēs esset multo

Tertium

malus q̄ bonum. et frequentius ac
cideret. Dominus autem non preter
misit eligere duodecim discipulos
ex quibus vnus erat futurus diabo
lus vt dicitur Johannis sexto nec
apostoli pretermiserunt eligere septem
diacones propter vnum Nicolaum
qui ex eis perijt. Multo ergo min⁹
religiosi debent pretermittere multo
rius salutem prope paucos qui apo
statare inueniuntur. **A**d sextum di
cendum q̄ illi qui obligati iuramento
vel voto religionem intrant. non fa
ciunt contra prohibitionem ecclesie
vt ostensū est. vnde ex hoc q̄ intrāt
non efficiūt filij iehēne s̄ filij vite et
ne quā dñs. pmittit. **M**athei decimo
nono flinguentibus tēporalia pro
pter ipsū. s̄ ex hoc q̄ exeūt post pro
fessionem efficiuntur iehenne filij. s̄
hoc non preiudicat recipientib⁹ eos
nisi eorum malis exemplis sunt puer
si. vnde signanter dominus dicit. Fa
citis enī filiū iehenne duplo q̄ vos
quia vt **C**hrystostomus dicit. **M**alo
rum magistrorum provocat⁹ exem
plo fiebat peior magistris. **A**d
septimum dicendum q̄ illa ratio sa
pit manicheorum heresim. qui hanc
rationem ad duas erroneas conclu
siones adducunt. **P**rimo quidem
ad hoc q̄ omnia corpora corrupti
bilia non sunt a deo. **S**i enim inqui
unt a deo essent non dissoluerentur.
Secūdo ad hoc q̄ charitas semel
habita nunq̄ amittatur. ita q̄ qui
peccat mortaliter nunq̄ gratiam ha
buit. **S**i enim inquit gratiam ha
buisset. hoc fuisset op⁹ dei. et ita disso
lutum non fuisset. quod etiaz hec ra
tio intendit. vt scilicet si aliquis non
perseuerat in religione. q̄ propositū
de intrando religionem a deo nō fu
erit. **E**st ergo sciendum q̄ verba illa
nō dicuntur ad ostēdendū q̄ illa que

sunt a deo in perpetuum maneant.
et corrumpi non possunt. sed ad ostē
dendum infallibilitatem diuine pro
uidentie. **N**ō enim potest esse vt dei
prouidencia fallatur. vnde signantē
non dicit opus dei esse indissolubile
sed consiliū. **S**ecundum ergo diui
nam providentiam quibusdam da
tur donum gratie ad presentes iusti
ciam et tamen non datur eis donū
perseuerantie. **Q**uibusdā autem da
tur etiam donū perseuerantie. vt pa
tet per **A**ugustinum in libro de bo
no perseuerantie.

Articulus duodecim⁹.

Hsecundum sic proceditur
videtur q̄ illi qui obligati
sunt voto vel iuramento ad
intrandum religionem non tenean
tur intrare. **O**mnis enī christi actio
nostra est instructio. **S**ed dominus
non imponebat hominib⁹ necessita
tem s̄ hoc relinquebatur eorū libere
voluntati. vnde dicebat cuidam. vt
habetur **M**at. decimonono. **S**i vis
ad vitā ingredi serua mandata. **E**t
iterum. **S**i vis perfectus esse vade ⁊
vende omnia que habes et da pau
peribus. **E**t apostolus p̄ma ad **C**o
rintheos septimo. **D**e virginibus
autem preceptum domini nō habeo
consiliū autem do. ergo videtur
q̄ non ex necessitate teneantur aliqui
religionē intrare propter iuramentū
vel votū. **P**reterea nullus p̄t iura
mēto vel voto obligari ad aliquid
in quo detrimentū perfectionis pa
tiatur. **S**ed per hoc q̄ aliqui religi
onem intrant detrimentum perfectio
nis patiuntur. impediuntur enī pro
pter religionis obseruatiā a visita
tione infirmorū ⁊ collectōne ecclesia
rū ⁊ alijs operib⁹ pietatis. **I**n q̄ sūma

Quodlibet

xpiane religionis consistit. ut **Ambrosius** dicit super illud p̄ma ad **Thimotheum** quinto. Pietas ad omnia utilis ē ergo illi q̄ iurauerunt vel uerunt religionem intrare nō tenentur.

Preterea **Prosper** dicit in sc̄do de vita contemplatiua. Sic abstinere vel ieiunare debem⁹. ut nō nos ieiunādi vel abstinēdi necessitati subdamus. Sed illi qui sunt in religione et necessitate voti vel obedientie abstinent vel ieiunant. ergo minus merentur. Non ergo ad religionis status potest aliquis iuramento vel voto obligari.

Preterea virt⁹ est circa difficile et bonum. Sed difficilius est bene vivere in seculo q̄ in religione. ergo magis est uirtuosum. Non ergo ad statum religionis aliquis iuramento aut voto obligari potest.

Preterea cōmunis utilitas preferenda est bono privato. Sed per hoc q̄ aliqui religionem intrant derogatur communi utilitati. Si enim omnes religionem intrarent. non essent qui plebium curam agerēt. et ita populus sine rectorib⁹ remaneret. ergo inelius faciunt si non intrant religionem q̄ si intrant.

Sed contra est quod dicit in psalmo. **T**ouete et reddite domino deo vestro. ubi dicit glosa. De uouere uoluntati consulitur. sed post voti promissionem redditio necessario erigitur.

Item ecclesiastici quinto dicitur. Si quid uouisti deo. ne moreris reddere. displicet enim ei infidelis et stulta pmissio.

Preterea **Augustinus** dicit in epistola ad **Armarium** et **Paulinam**. Quia iam uouisti. iaz te obstrinxisti. aliud tibi facere non licet. priusq̄ esses uoti reus libere fuit q̄ esses infelix. quamuis non sit gratulanda libertas. qua fit ut non debeatur quod cum lucro redditur

Responso dicendum q̄ dicere q̄ illi qui voto vel iuramento sunt obligati ad intrandum religionem. nō teneantur intrare. est manifeste hereticum.

Quicunq̄ enim dicit nō eē peccatum id quod est contra preceptum dei hereticus iudicatur sicut hereticus iudicaretur quicunq̄ diceret q̄ fornicatio simpliciter non sit peccatum mortale. est enim contra hoc preceptum. **N**ō mechaberis. ut sc̄ci exponunt. Sunt autem excellentiora precepta p̄me tabule que ordinantur ad dilectionem dei q̄ precepta secunde tabule que ordinantur ad dilectionem proximi. unde quicunq̄ dicit q̄ sine pctō p̄teriri possit alqd̄ p̄tinens ad p̄cepta p̄me tabule ē manifeste heretic⁹.

Cū autē impletio uoti pertinet ad latrām. manifestum est q̄ quicunq̄ dicit uotum non esse implendum. loquitur contra primum preceptū p̄me tabule. quod est de cultu latrē soli deo exhibendo. **Q**ui uero dicit iuramentum non esse implendum loquitur contra secundum preceptum p̄me tabule. quod est. **N**ō assumes nomen dei tui in uanū. Unde manifeste est hereticus quicunq̄ hoc dicit. nisi forte dicat q̄ intrare religionem sit illicitum. Iuramenta enim ut uota facta de rebus illicitis non sūt obligatoria s̄m illud **Isidori** **In malis promissis rescinde fides**. Sed hoc iterum est hereticum dicere. q̄ non sit licitū intrare religionē.

Est enim expresse cōtra christi consilia. unde quicunq̄ dicit q̄ ille qui est obligatus voto vel iuramento ad intrandum religionem. potest absq̄ peccato in seculo remanere. est manifeste hereticus si tamen in hoc pertinaciter perseveret.

Ad primum ergo dō q̄ necessitas uoti vel iuramenti nō excludit uolūtate ut sup̄ dēm ē

Tertium

Sicut enim aliquis ex lege cōmuni obligatur ad seruanda dei p̄cepta que tamen voluntarie seruat. vnde et dñs dicit. **S**i vis ad vitam ingredi serua mandata. sic ille qui emisit iuramentum vel votum obligatur ex quadam priuata obligatōe ⁊ tñ voluntarie implet iuramentum vel votum. ita tamen q̄ ante inramentū vel votum licitū est ei facere vel non facere. vnde et domin⁹ dixit. **S**i vis perfectus esse. et Paulus de virginitate consilium dat. sed post iuramentum vel votum illicitum est non implere. **A**d secundū dicendum q̄ illa ratio continet heresim damnataz scilicet q̄ melius sit in seculo remanere. et operibus pietatis vacare. q̄ religionem intrare. Continetur enim inter errores Vigilantiū contra quem Hieronymus scribens dicit. Ista venena perfidie catholice fidei sociate conatur impugnare v̄ginitatē. odisse pudicitiam. in conuicio secularium contra sanctorum ieiunia declamare. et postmodū contra singulos articulos a Vigilantiis propositos disputans venit ad istuz articulū dicens. **D**e autem asserit eos melius facere qui vtuntur rebus suis. et paulatim fructus possessionum pauperib⁹ diuidunt. q̄ illos qui possessionib⁹ venditis semel omnia largiuntur non a me ei sed a deo respondebitur. **S**i vis esse perfectus. vade et vende omnia q̄ habes. et da pauperibus. et veni sequere me. **I**ste quē tu laudas secundus aut tertius gradus est. quē et nos recipimus dummodo sciam⁹ prima secundis et tertijs preferenda. **E**t ideo in libro de ecclesiasticis dogmatibus cum alijs erroribus etiaz iste damnatur. cum dicitur Bonum est facultates euz dispensatione pauperibus erogare. melius est pro intē

tionē sequēdi deū in simul donare et absolutū solitudine egere euz xp̄o nec solus status religionis preferatur elemosynis. quas quis facit in seculo sed etiam virginitati in seculo obseruate. **D**icit. n. aug. in li. de v̄ginitate. **N**emo quantum puto ausus fuit virginitatē preferre monasterio. **A**d tertium dicendū q̄ idē opus factuz ex voto laudabilius et magis meritorius est q̄ si fiat sine voto quod ex hoc patet. quia euz om̄is actus de se tātō ē magl. laudabilis. et meritori⁹ quanto ex digniori virtute procedit sicut opus iusticie si fiat ex charitate laudabilius erit. **M**anifestuz est autem. q̄ cum aliquis ieiunat absq̄ voto. facit actum virtutis. qui est abstinentia. **C**um autem ieiunat implens votum. actum abstinentie facit ex laetitia. que cum ordinet nos ad deum est nobilior virtus q̄ abstinentia. v̄l quecumq̄ alia virtus que nos ordinat circa bona creata. propter quod et augustinus dicit in libro de virginitate **D**e nec virginitas quia virginitas est honoratur. sed q̄a est deo dicata. quaz vouet et seruat continentia pietatis. **D**e ergo Prosper dicit sic abstinere vel ieiunare debemus. vt non nos ieiunandi vel abstinendi necessitati subdamus. intelligendum est de necessitate coactionis. que voluntatem excludit. **U**nde subdit. **M**e iā nō deuoti. sed inuiti rē voluntariam faciamus. **N**ecessitas autem voti et iuramēti non excludit voluntatem. vt dictum est **D**icendum autē est v̄terius q̄ si illis qui ieiunant ex voto non placet secundum se ieiunium. placet tam sibi impletō voti magis meref ceteris paribus q̄ ille ieiunās cui placz s̄m se ieiunū. quia magis est meritorū delectari in actu laetie q̄ in actu abstinentie. **A**d quū

Quodlibet

dicendum q̄ duplex est difficultas
Una que est ex arduitate operis. si
cut virginitatem seruare et huiusmo
di. et talis difficultas facit ad aug
mentum virtutis. **A**lia difficultas ē
ex impedimentis et periculis immi
nentib⁹. **E**t talis difficultas non fa
cit ad argumentum virtutis. sed ad
diminutionem ipsius. **N**on enim vi
detur esse prudēs nec multum ama
re bonum virtutis qui pericula nō
cauet. et talis difficultas ad bene vi
uendum imminet in seculo remanen
tibus. **A**d quintū dicēdum q̄ illa
fuit ratio **V**igilantiū heretici vt patz
per hieronymum qui dicit in libro
cōtra **V**igilantiū. **N**on sūt a studio
suo monachi deterrēdi. quamuis a
te lingue vipere morbus seuissimos
patiantur. quibus argumentaris et
dicis. **S**i omnes se clauerint et fue
rint in solitudine. quis celebrabit ec
clesias. quis seculares homines lu
crifaciet. quis peccātes ad virtutes
poterit exhortari. **H**oc enim modo
si omnes tecum fatui sint. sapiens eē
quis poterit. et virginitas non erit
approbanda. **S**i enim omnes virgi
nes fuerint. nuptie non erunt. interī
bit humanum genus. **K**ara est vir
tus. nec a pluribus appetitur. **S**tul
tus est huiusmodi timor. cum religi
onis bonum sit taz difficile et ardu
um. vt pauci religionem intrent in
comparatione multitudinis in secu
lo remanentis. sicut si quis timeret
baurire aquam. ne flumen deficeret

Articulus decimustertius

Ad tertium sic proceditur.
Videtur q̄ illi qui sunt in se
culo peccatores non sūt ad
religionē attrahēdi. **O**portet enim
prius exercitari in operibus prece
ptorum q̄ intrare ad impletionem
consilioꝝ. vt de minori peruenia

tur ad maius. **S**ed illi qui sunt pec
catores in seculo non sunt exercitati
in operibus preceptorum. ergo non
sunt attrahēdi vel recipiendi in reli
gione. in qua oportet seruari cōsilia.
Sed contra est q̄ dominus **M**athe
um publicanum ad statum perfecti
onus vocauit. vt habet **M**atheo no.
no. **O**mnis autē christi actio nostra
est instructio. ergo etiaz et nos debe
mus peccatores qui sunt in seculo
ad religionē aduocare et suscipere.

Responsio dicendum q̄ maxime
vtilē est p̄ccōrib⁹ vt ad religionem
transeant. **P**eccatoribus enim duo
sunt necessaria ad salutē. **P**rimo qui
dem vt de peccatis preteritis peni
tentiam agant. **S**ecundo vt de cete
ro a peccatis abstineant. **A**d vtrum
q̄ autem horum maxime operatur
religio. **P**rimo enim status religio
nis est status perfecte penitentie
ita vt nulla satisfactio adequari po
test penitentie religiosorum. qui et
se et sua totaliter deo dant. vnde pro
nullo peccato imponi potest homi
ni penitentiā vt religionem introeat
in comutationem satisfactionis quā
tuncunq̄ grauis. consultitur religio
nis ingressus. vt patet tricesima octa
ua questione secunda capitulo. amo
nere. vbi **S**tephanus papa quendā
qui vxorem interfecerat inducit vt
ingrediatur monasteriū. et humilia
tus sub manu abbatis cūcta obseru
que sibi fuerint imperata. alioquin
iniungit ei grauissimam penitentiā.
si eligit in seculo remanere. **S**imilic
etiam ad vitanda peccata plurimū
valet religionis status. **D**ifficile enī
est q̄ in seculo commozantes a reb⁹
mundi non alliciātur. propter quod
Matheo decimonono fm expositōz
Chrysoctomi dñs hoc dicit esse im
possibile. q̄ diues q̄. s. diuitijs iheret

Tertium

per amorem intret in regnum celoz
sed q̄ dives qui habet divitias in-
tret. ē valde difficile. vñ eccl. xxxi. dī
Beatus dives qui inventus est sine
macula. Et huiusmodi difficultatez
subdit dicens. quis est hic et laudabi-
mus eum. propter quod vt Gregori-
us dicit. sancti viri vt ab illicitis ab-
stineant. etiam licita pretermittunt.
vnde manifestum est q̄ non peccant
sed laudandi sūt qui peccatores ad
religionem trahunt. Nam dominus
de se ipso dicit. Non veni vocare
iustos sed peccatores ad penitentia
Ad illud ergo quod in contrari-
um obijciunt dicendū q̄ illa rō p̄ce-
dit et contra rationem doctrine euā-
gelice. 7 contra rationē philosophie
Et contra doctrinam quidem euā-
gelicam quia consilia evangelica ad
hoc dant. vt per ea hō facili⁹ salutē
consequatur. vnde status seculari⁹
periculosior eē dicitur q̄ religionis
status. Stultum est autem dicere q̄
alicui qui debili⁹ est propter pecca-
ta que commisit. non sit ad securiorē
viam fugiendum. Est etiam contra
doctrinam phicam. que docet illos
qui sunt ad vitia proni in contrariū
debere reflecti. sicut faciunt illi qui
tormenta lignoz dirigunt

Articulus. xiiij.

H primū sic p̄ceditur. Vi-
detur q̄ aliquis absq̄ pecca-
to possit aliquem iuramento
astringere ad hoc q̄ religionem nō
intret. Quod enīz licitum est fieri li-
citur est iurare. Sed licitum est ali-
cui seculari q̄ nunq̄ religionem in-
tret. ergo licite pōt hoc iurare. Qui
ergo tali iuramento aliquem astringit
non peccat. q̄a nō facit eū iurare
aliquo illicitū. **S**ed contra Pro-

positum Inrandi religionem a sp̄ri-
tu s̄cto ē. vt habetur. xix. q. i. c. **D**ue
S3 resistere instinctui sp̄itus s̄cti
est graue peccatum. de q̄ Stephan⁹
reprehendit iudeos Actū. ij. dicens
Vos semper sp̄itui. s̄cto resististis
ergo ille qui aliquē iuramento astrin-
git ad non intrandum religionem
grauiter peccat. **R**esponso dicen-
dum q̄ sicut supra dictum est in acti-
bus humanis nō ē aliquid simplici-
ter iudicandum licitum vel illicitū
propter id quod accidit in aliquo
particulari casu. s3 propter id quod
est vt in plurib⁹ sicut etiam in rebus
naturalibus consideratur quod ē in
pluribus. **C**ontingit autem in aliq̄
casu q̄ absq̄ peccato aliquis potest
astringere aliquem iuramento ad
hoc q̄ religionem non intret. puta si
esset matrimonio ligatus. et vellet
absq̄ p̄sensu vxoris intrare religioēz
vel in casib⁹ sitibus. **S**implr aut lo-
quēdo inducere aliquē ad iurandū
q̄ religionem non intret. graue est
peccatum. **S**i enim aliquis vellet re-
ligionem intrare. 7 imminet oportu-
nitas temporis. et omnes circum-
stantie cōuenirent. grauit̄ peccaret
qui eum ab ingressu religionis pro-
hiberet. **U**nde dominus Math. vice
simotertō comminatur ve phariseis
qui nec ipsi intrabant in regnū celo-
rum. nec alios intrare sinebant. **C**uz
autē aliq̄s facit aliquē iurare q̄ reli-
gionē non intrabit. impedit eum q̄n-
tum in se est ab ingressu religionis
fm quodcumq̄ tempus et fm quā-
cūq̄z circumstantiam oportunam.
quia in vniversali includūtur om-
nia particularia. vnde manifestum
est q̄ grauit̄ peccat. **A**d illud ve-
ro quod obijciunt in contrarium di-
cendūz. q̄ quamuis licitū sit ab aliq̄
bono opere abstinere. n̄ illicitū ē vt

Quodlibet

sibi vel alij impedimentū apponere quo min⁹ in illud bonum opus procedere possit. sicut licit⁹ est nō dare elemosynam huic pauperi. illicitū tñ est se vel aliuz iuramento astringere ad hoc q̄ alicui elemosyna nō detur cuius ratio est. quia pretermittere actum virtutis potest aliquis absq̄ peccato. eo q̄ precepta affirmatiua que sunt de actibus virtutum non obligāt ad semper. S; impedimētū boni operis directe vtutū perariat et ideo cadit sub phibitiōe precepti negatiui. quod obligat ad semper. vnde omnia talia iuramenta sunt illicita. nec sunt obseruanda. s; illi qui hoc iurant iurando p̄iuri fiunt. quia iuramentū hominē obligare nō potest contra charitatē dei et proximi. vnde quous licitum sit alicui religio- nem non intrare. illicitū tamē est impedimentū iuramenti apponere sibi vel alij. Est enim contra perfectio- nem vite. et contra consiliū xp̄i.

Quinde quesita sunt tria de his que p̄petunt in religione existentibus. **P**rimo vtū religiosus qui nihil debet habere in proprio vel in communi possit elemosynam facere de his que sibi ab alijs in elemosynaz dantur. **S**ecūdo vtum aliquis in religione existēs sciens patrem suum gravi necessitate opprimi possit exire absq̄ licentia prelati sui. vt sbueniat patri. **T**ertio vtuz stat⁹ religionis sit p̄fectior q̄ status sacerdotū parrochialū 7 archidiaconozum.

Articulus. xv

Hoc primū sic proceditur. **U**t datur q̄ religiosi qui nihil habent in proprio vel communi. non possunt elemosynam facere.

que eis proficiat. non enim proficit elemosyna facienti nisi debito modo fiat. **S**ed tales religiosi non possunt elemosynam debito modo facere. debet enim elemosyna de proprio fieri s̄m illud **T**hobie quarto. **S**i multuz tibi fuerit abundanter tribue. **S**i autem modicum idipsum libenter imp̄tire stude. ergo tales religiosi. qui nihil suum habent nec in proprio nec in communi non possunt elemosynam facere. que eis proficiat. **S**ed si quam elemosynam faciunt de elemosinis sibi factis eis proficit a quibus elemosynā perceperunt. **S**ed cōtra. **I**nter alia opera elemosynaz largitō plurimū inuenit eē fructuosa. **B**icit enim **P**an. v. **P**eccata tua elemosynis r̄dime. **S**i ergo religiosi elemosynas facere non possunt que eis proficiant. videntur esse peioris conditionis q̄ alij etiam in spiritualib⁹ bonis. **R**esponso dicendum q̄ religiosi quamuis propriū habere non possunt. possunt tamen aliqua rum rerum dispensationem habere siue de fructibus possessionum communium. siue etiam de elemosynis p̄ticulariter eis collatis. nec refert q̄ntum ad propositum pertinet. vtum huiusmodi dispensationem habeant auctoritate sui ordinis. vel auctoritate alicuius superioris prelati. **N**i ergo quibus dispensatio commissa est. possunt meritorie elemosynam facere de bonis que eozū dispensatōni committuntur. s̄m q̄ eis committitur. et huiusmodi elemosyna meritoria est et eis qui minime ministeriuz exequuntur 7 illis quozum vsibus huiusmodi res deputate noscuntur. **S**i vero aliquis religiosus sit cui non sit huiusmodi rerum dispensatio commissa ei non licet elemosynā facere. **E**t per hoc patz respōsio ad obiecta

Tertium

Articulus .xvi.

Alterum sic proceditur. Videtur quod religiosus si videat patrem suum esse in necessitate esse absque prelati sui licentia possit claustrum exire ad subueniendum patri. Non enim pretermittendum est mandatum dei propter hominum traditiones. Unde dominus. Math. xv. contra quosdam dicit. Irritum fecistis mandatum dei propter traditiones vestras. Sed ad subueniendum parentibus homo astringitur per preceptum diuinum. Honora patrem tuum et matrem tuam. in quo quidem honore intelligitur necessarium subuentio. ergo videtur quod non obstantibus religionis obseruantijs que sunt hominum statuta debeat aliquis religiosus exire claustrum ad subueniendum parentibus secundum preceptum dei.

Sed contra. Spiritualia semper preferenda sunt carnalibus. Sed religiosi se obligauerunt ad obsequium spiritualis patris scilicet dei cui magis tenemur secundum illud ad hebr. xij. Quanto magis obtinabimus patri spirituali et viuemus. Non ergo debent dimittere sui ordinis obseruantias ut parentibus carnalibus ministrarent.

Respondendum dicitur quod aliter est dicendum de illo qui nondum religionem intravit. et aliter de illo qui iam in religione est professus. Ille enim qui nondum religionem intravit si videat patrem suum in magna necessitate cui per alium subueniri non possit non debet religionem intrare. sed tenetur ministrare parentibus. maxime si absque periculo peccati possit in seculo remanere. Si vero per alium possit et parentibus ministrare potest si vult religionem intrare. Unde Crisostomus exponens illud dimittite mortuos sepelire mortuos suos. dicit quod malum est ab-

ducere hominem a spiritualibus. et maxime cum fuerint qui ministerium parentum compleant. Erant enim aliqui qui complere possent illius funeris sepulturam. Postquam vero aliquis est factus in religione professus est mortuus mundo. unde per spirituales mortem de obligatur a cura impendenda parentibus. sicut etiam deobligaretur per mortem corporalem. et ideo non peccat nec contra preceptum dei agit si in claustro remaneat sub precepto prelati sui parentum ministratio pretermissa. Est enim factus impotens ad reddendum debitum ministerium absque propria culpa. Debet tamen quantum potest salua ordinis obseruantia satagere ut per se vel per alium suis parentibus subueniatur si in necessitate fuerint constituti.

Ad illud vero quod in contrarium obijciatur dicendum quod religiosus tenetur ad implendum id quod ad religionem pertinet non solum ex traditione humana. sed etiam ex precepto diuino. Obligatur enim ex voto emisso ad obediendum prelati sui. Impletio autem voti cadit sub precepto diuino.

Articulus .xvij.

Tertium sic proceditur. Videtur quod presbiteri parrochiales et archidiaconi sint maioris perfectionis quam religiosi. Dicit enim Crisostomus in suo dialogo. Si talem mihi aliquem adducas monachum quilibet vel sine exaggerationem dicam. Melius fuit. non tamen illi comparandus est qui traditus populis et multorum peccata ferre compulsus immobilis perseverant et fortis. et parum post dicit. Si quis mihi preponeret optionem ubi mallem placere in officio sacerdotali an in solitudine monachorum sine comparatione eligerem illud quod prius dixi. nec

Quodlibet

349 aude

Abbas Johannes

cessabam laudans et beatos pronun-
cians eos qui officium ecclesie bene ad-
ministrare potuissent. et quod laudabam
tanto studio et beatum pronuntiabam
non utique defugerem si idoneus me
ad huiusmodi gubernationem viderem. Et
in sequenti. c. postmodum dicit. Bene
inquam amonuiti dulcissime. Istorum
enim scilicet secularium nec recordari
oportet cum de sacerdotio sit questio.
Verum si quis in conversatione multo-
rum positus potest imperturbatum illorum
nitorem plene sanctitatis et continentie
splendorem et alia monachorum bona
incorrupta et inconcussa servare om-
nibus est preferendus. Ex quibus om-
nibus videtur quod presbyteri parrochi-
ales et archidiaconi si bene in mini-
sterio ecclesie vivant sint omnibus etiam
am religiosorum preferendi. Preterea
Crisostomus in eodem libro dicit. Si quis ad-
ministrato sacerdotio illius propo-
siti scilicet monachalis sudores conferat
tantum eos distare reperies. quantum
inter privatum distat et regem. sed mul-
to maius est bene exercere regis of-
ficium quam cuiuscunque persone priva-
te. ergo multo maius est quam sacerdos
parochialis vel archidiaconus bene
se habeat in suo officio quam religiosus
in suo. Preterea episcopi sunt in statu per-
fectionis quam religiosi. alioquin non li-
ceret de religione ad episcopatum trans-
ire. Sed presbyteri parochiales et
archidiaconi similiores sunt episcopis quam
religiosi. quia sicut episcopus habet
curam animarum in suo episcopatu. ita pres-
byter in sua parochia. et archidiaconus
in suo archidiaconatu. ergo archi-
diaconi et plebani sunt magis in sta-
tu perfectionis quam religiosi. Prete-
rea bonum publicum preferendum
est bono privato. et vita activa est ma-
gis fructuosa quam contemplativa. nul-

luzque sacrificium est deo acceptius quam
zelus animarum. Sed archidiaconi
et plebani intendunt utilitati communi
multitudinis zelo salutis animarum
in activa vita fructificantes. ergo pre-
ferendi sunt religiosorum qui saluti pro-
prie student in vita contemplativa
deum servientes. Preterea cui am-
plius a deo commissum est magis me-
retur si bene administrat. Sed sacer-
doti vel archidiacono amplius com-
missum videtur. quia plus ab eo re-
quiretur in iudicio. ergo bene admi-
nistrando amplius meretur. Sed
contra est quod dicitur. xix. q. i. c. Due
Si quis in ecclesia sua ab episcopo
populum retinet et seculariter vivit
si afflatus spiritu sancto in aliquo mo-
nasterio vel regulari canonice salva-
re se voluerit. quia lege privata du-
citur nulla ratio exigit ut publica con-
stringatur. Sed autem lex privata
que est lex spiritus sancti ut ibidem
subditur. nunquam ducit hominem de
statu magis perfecto ad statum mi-
nus perfectum. sed facit hominem
ascensiones in corde suo disponere.
ut in psalmo dicitur. ergo status religio-
sorum est perfectior quam status pleba-
norum. Responsio dicendum quod per-
fectio spiritualis vite ex charitate
pensanda est qua qui caret spirituali-
ter nihil est. ut dicitur. i. ad Corin-
thios. xiiij. Ab eius autem perfectione sim-
pliciter aliquis dicitur esse perfectus.
Unde dicitur ad Colossios. iij. super om-
nia charitates habete que est vincu-
lum perfectionis. Amor autem vim
transformativam habet qua amans
in amatum quodammodo transfer-
tur. Unde Dionysius. iij. c. de divinis nominibus.
Est autem extasim faciens divinus
amor. non finens sui ipsorum amantes
esse. sed amatorum. Quia ergo totum

Tertium.

perfectū est idē vt dicitur. iij. phi. ille
perfecte charitatē habz qui totaliter ī
deū per amozes trāformatur seipm
z sua omniū postponens ppter deū
¶ In ang. dicit. xiiij. de ci. dei. q. sicut
ciuitatē babilonis facit amoz sui vsz
ad contemptum dei. ita ciuitatē dei
facit amoz dei vsqz ad contemptum
sui. **¶** Et in li. lxxiiij. q. q. pfectio cha-
ritatis est nulla cupiditas. **¶** Gregl. ec
sup. Ezech. dicit. **¶** Qui cum aliquis ali-
quid suū deo vouet aliquid nō vo-
uet sacrificiū est. **¶** Cum vero omne qd
habz. omne quod viuūt. omne quod
sapit oīpotenti deo vouet holocau-
stum est. qd latina lingua dicitur to-
tum incensum. **¶** Cuiuscūqz ergo mēs
sic est effecta interius vt se ipsūz om-
nia sua contēnat ppter deum fm
illud apostoli ad phi. iij. **¶** Que mihi
aliqui fuerunt lucra arbitratu sum
vt stercoza vt xpm lucrificiam. iste
perfectus est siue sit religiosus siue se-
cularis. siue clericus siue laicus etiā
matrimonio iunctus. **¶** Abraam enīz
matrimonio iunctus erat z diues. cui
dominus dicit **¶** Gene. xvij. **¶** Ambula
coram me z esto pfectus. z ecl. xxxi
dicitur **¶** Beatus diues qui inuenit
sine macula z post aurum non abiit
¶ Et post pauca subditur. **¶** Qui pba-
tus est in illo z perfectus inuenit est
¶ Sed aduertendūz qd aliud est esse p-
fectum z aliud est esse in statu p-
fectionis. **¶** Sunt enim aliqui in statu p-
fectionis qui nondum sunt perfecti
sed interdum etiam peccatores. sūt
etiam aliqui perfecti qui in statu p-
fectionis nō sunt. **¶** Et quis stat^o mul-
ta significet. z rectitudinem z firmi-
tatem z si qua sunt alia hmoi. ramen
cum dicimus aliquos eē in statu p-
fectionis accipitur stat^o pzo condi-
one fm qd libertas vel seruitus dicit

status pnt consuenit dici qd error p-
sone aut conditionis vel status impe-
dit matrimoniū. non autē error for-
tune aut qualitatis. z hoc modo ac-
cipitur status. ij. q. vi. **¶** Si quando in
causa capitali vel causa status iter-
pellatum fuerit. non per explorato-
res. i. procuratores sed per seipos ē
agendum. **¶** Sic ergo accipiendo sta-
tum illi proprie in statu pfectionis
esse dicitur qui se seruituti subiiciūt
ad opa pfectionis īplēda. **¶** Manifestū
est autēz qd seruitus libertati opponi-
tur. **¶** Libertas autē faciēdi quodlibz
per votum totaliter. quia voluntatis
est vouere. necessitatis est reddere vt
supra dictum est. **¶** Unde qui se ad ali-
quid voto obligat in qntum necessi-
tati se subiicit quodāmodo constitu-
it se seruū libertate se priuans. **¶** Si qd
deus ē aliqz se voto obliget ad aliqd
particulare opus implendum cōsti-
tuit se quodāmodo seruū. non sim-
pliciter sed fm quō. respectu scz illi-
us ad quod se obligauit. **¶** Si vo sum-
pliciter per votū totā vitam suaz de-
dicet deo ad implenda ea que sunt
opera pfectionis ppter deum sim-
pliciter seipsum seruū pstituit. z per
hoc ponitur in statu pfectionis.
vnde z totum se deo vouendo holo-
caustum offerre dicitur. vt **¶** Gregl. di-
cit. **¶** Hoc autē modo obligant totam
vitam suam ad ea que sunt pfecti-
onis episcopi in sua consecratione
professionem quādam facientes qua
obligantur ad curaz gregis suscepti
fm illud. i. ad Thi. vltimo. **¶** Bonum
certamen fidei apprehendere vitam
eternam in qua vocatus es z confes-
sus bonam confessionem coraz mul-
tis testibus vel in ordinatione vel in
predicatione. vt glo. dicit. **¶** religiosi
etiam in sua professione totā vitam

Vouet
R-99

Quodlibet

spā obligant deo ad ea q̄ sunt p̄fecti/
oñis. vnde ⁊ vterq; serui dicuntur. **Di-**
citur enī. ij. ad corin. iij. Non enī p̄
dicam⁹ nosmetipsos sed iesum xp̄m
nos autē seruos vestros p̄pter iesum
quod pertinet ad ep̄os religiosi etiā
serui vel famuli nominantur. vt dic̄
Bio. vi. c. eccle. hierar. Et ideo tam
religiosi q̄ ep̄i sunt in statu p̄fectio/
nis. vñ ⁊ vtriq; in assumptioe hm̄ōi
status solēnis benedictio adhibetur
vt patz p̄ **Bio.** vi. ⁊. v. c. eccl. hierar.
Archidiaconi autē vel plebani non
obligant voto totam vitā suā ad id
quod cura gregis requirit. vñ nec ī
eorum institutione aliqua eis bene/
dictio adhibetur que exhibetur mo/
nachis p̄pter perfectionez assumptā
vt dicitur. vi. c. eccle. hierar. Et ideo
ex hoc q̄ p̄mittitur eis cura parro/
chie vel archid. p̄stituitur quidez in
aliquo officio. nō autē assumūtur ad
statum perfectionis. alioquin essent
apostate dimittendo parrochias et
prebēdas sine cura in ecclesijs cathe/
dralib⁹ accipiendo Nullus enī a sta/
tu p̄fectionis discedere pōt nisi mor/
taliē peccando ⁊ apostatādo. Et in/
de est q̄ **Bio.** in eccle. hierar. p̄fectio/
nem attribuit solis ep̄is quasi p̄fecti/
oribus. ⁊ monachis quasi p̄fectis. il/
luminacionem vero attribuit p̄sbtis
tanq̄ illuminatoribus p̄ sacramēto/
rū administrationem ⁊ sacro popu/
lo tanq̄ illuminandis. purgationez
vero diaconibus tanq̄ purgatorib⁹
⁊ ordini imundorum tanq̄ purgan/
dis. **Ad** p̄mū ergo dicēdum q̄ ad
oēs illas **Criso.** auctoritates breuē
respondere possz. q̄ non loquitur d̄
sacerdote parrochiali sed de ep̄o q̄
anthomatice sacerdos dicitur q̄ si sū/
mus sacerdos. ⁊ hic modus loquen/
di est plurimum consuetus vt sacer

otes episcopi nominentur. Et hec
responsio videtur congruere fm̄ in a/
tentionez operis. in quo **Crisostim⁹**
Basilium consolatur de sua p̄morti/
one. vterq; enīz erat in ep̄m electus
vt tamen particulariter ad singula
respondeamus. **Ad** p̄mū ergo di/
cendū q̄ si quis consideret verboruz
circūstantiam nihil ad p̄positum fa/
ciunt. p̄mittit enim si illi qui in se/
cretis habitant multozū sermonib⁹
non mouentur digna quidem laude
est patientia. non tamē idoneū argu/
mentum vere artis. cum vero fuerit
in medijs fluctibus ⁊ de tempestate
nauem liberare potuerit. tunc meri/
to testimonium p̄fecti gubernatoris
ab omnibus promeretur. ⁊ tunc cō/
cludit. Ita ergo ⁊ nunc mihi si tales
aliquē adducas monachum quales
vt fm̄ exaggerationem dicā **Delias**
fuit. tamen q̄ diu solus est si nō per/
turbatur neq; grauiter peccat. q̄ppe
qui non habz q̄bus stimuletur atq;
exasperetur. non tamen illi p̄parādo
est qui traditus populis ⁊ multozuz
peccata ferre compulsus īmobilis p̄/
seuerat ⁊ fortis. quia sicut in tranq̄/
litate ita in tempestate gubernauit
semetip̄m. vbi manifestum est q̄ non
comparat statum statui sed impecca/
bilitatem impeccabilitati. **Q̄** ei mo/
nachus in claustro habitans nō pec/
cet. non est ita euidentis argumentuz
virtutis. sicut si presbyter vel ep̄s vñ
quicunq; rector populi in medijs p̄/
turbationibus abstinet a peccato. si/
cut non est argumentum tante indu/
strie si gubernator absz periculo na/
uiget in mari tranquillo ac si nauiga/
ret in mari tempestuoso. ⁊ tamen ad
industriam naute vt mare tempestu/
osum deuiter. Sic ergo ex p̄missis
verbis nil aliud ostēdi potest nisi q̄

Tertium.

periculosior est stat^o habentis curas animarū q̄ monachi ⁊ in maiori periculo innocentē se seruare maioris virtutis est argumentū. vnde maior virtus requiritur ad hoc q̄ aliq̄s conseruet se a peccato imūnem inter populos q̄ in religiōe. sed maioris virtutis est vitare pericula religionē intrando q̄ pericula non vitare. Quāto enim aliq̄s magis amat suā salutem tanto magis euitat sue salutis pericula. Et p̄ hoc etiam p̄z responso ad scdm. Non ei dicit q̄ mallet esse in officio sacerdotali q̄ in solitudine monachorum. sed q̄ mallet placere in hoc q̄ in illo. Quilibz ei sapiens magis vellet habere tantā virtutem per quam possz etiaz inter pericula securus existere q̄ talez virtutē qua possz extra pericula saluari. sed quia presūptuosū est vt aliq̄s talem virtutē se habere presumat p̄ quam possit etiā inter pericula esse tut^o virtuosius est q̄ se extra picula ponat. Unde ip̄e subdit. Quia laudabam tanto studio ⁊ bonū p̄nūciabā sez officium administrationis ecclesiastice nō utiq̄ defugerē si idoneū ad eius gubernationem me viderem. Prudentē ergo refugiebat quia tantā virtutez per quam idoneus essz non sibi superbe ascribebat. Et similiter r̄sio patet ad tertiū. Si quis eniz in p̄uersatione multoz positus potest imperurbatum illum nitorez plene sanctitatis ⁊ p̄tinentie splendorē ⁊ alia monachorum bona incorrupta ⁊ incōcussa seruare omnibus preferendus est. Maioris etenim virtutis indicium est vt puritatem perfectam aliquis conseruet etiaz inter picula puritatis q̄ si eā extra pericula conseruaret. S; tamen paruz amare puritatem suā cōuicitur qui puritatis pericula non euitat inter que difficilli-

mum ē ⁊ rarissimū omnimodā puritatem seruare sicut maxia puritas fuit beate agnetis q̄ etiaz in lupanari posita virginalem puritatem seruauit ⁊ tamē quia puritatis amatrix erat nunq̄ in lupanari hanc suā virtutez ostēdere elegissz. sed quāto magis puram mentē habebat tanto magis lupanar p̄ria voluntate elegissz ⁊ file est in omnibus talibus. Ad q̄rtuz dicendū q̄ auctoritas illa nō p̄tinet ad p̄fectionem vite. sed ad differētiā dignitatis. Sic em̄ puatus distat a rege sicut non habens prelationem ab habente. hoc autē in q̄ōne nō veritur an sit maior dignitate prelationis quicunq̄ habens curam animarum religioso curaz animarū nō habente. Ad. v. dicendū. q̄ alia rō est de ep̄is ⁊ plebanis. Nam ep̄i principalem populi curam habent. plebani autem ⁊ archidiaconi sunt subministratores ⁊ coadiutores eorū. Un̄ dicitur. xvi. q. i. Omnibz presbyteris ⁊ diaconibus ⁊ reliquis clericis attendendum est vt nihil absq̄ ep̄i p̄prij licentia agant. non utiq̄ missas sine suo iussu quisq̄ p̄sbyterorum in sua parrochia agat. nō baptizet nec quicq̄ absq̄ eius permissu faciet. ⁊. i. ad Corin. xij. dicitur in glo. q̄ op̄tulationes sunt qui maioribus fuerunt opus. vt Ayt^o ap̄lo. vel archiepiscopi in ep̄iscopis. gubernationes vero sunt minorum p̄sonaruz gubernationes vt sunt presbri. vñ si aliq̄s recte consideret hoc modo in regimine ecclesie p̄parantur archidiaconi ⁊ plebani ad ep̄m sicut in regimine tēporali prepositi ⁊ balliui ad regem. ⁊ ideo sicut rex coroz natur ⁊ innūgiē in regno. non autez prepositi vel balliui. ita etiam episcopus in ecclesia non autem archidiaconi vel plebani. ⁊ propter hoc episcopat^o est ordo

Quodlibet

in comparatiōe ad corpus mysticū non sūt plebanat⁹ vel archidiaconatus sed officium tantū. **E**p̄s ergo si miles sunt archidiaconi ⁊ plebani sicut coadiutores ⁊ ministri. sed religiosi sunt ep̄s similes in perpetua obligatione que facit statum p̄fectiōis.

Ad sextū dicendū. q̄ aliqua duo opera vel in bono vel in malo p̄nt multipliciter ad inuicem cōparari. vno modo fm suū genus. sicut dicimus continentia virginalē p̄ceminere in bono continentie viduali. in malo vero homicidium furto ⁊ hoc modo vita actiua ē fructuosior q̄ cōtemplatiua. sed contemplatiua merito maior est q̄ actiua. vt Grego. dicē in. vij. moral. Felus etiam animarū est sacrificium deo acceptissimum si tamen ornate fiat. vt scilz primo homo habeat curam salutis sue ⁊ post modum aliorum. alioquin nihil prodest homini si vniuersum mundū lucretur. anime vero sue detrimentum patiat. vt dicitur **Matth. xvi.** Alio modo potest opus operi comparari in bono vel in malo non secundū se sed in ordine ad alium actū. sicut abstinentia p̄fertur in bono sūptio ni cibi. tamen assumere cibum cū aliquo propter charitatem p̄fertur abstinentie. ⁊ in malo adulterium p̄fertur furto. tamen furari gladiū ad occidendū est grauius q̄ adulterium. **T**ertio p̄fertur opus operi in bono vel malo ex volūate faciētis. **Q**uod enim promptiori voluntate fit melius vel peius iudicatur. **S**i ḡ comparamus opera plebani vel archidiaconi operibus religiosorum tertio modo comparationis vel fm p̄p̄titudinem voluntatis. tūc incertum iudicium est. quia ille qui ex feruentiori charitate operatur opera

magis meritoria habet. **S**i vero cōparentur secūda comparatione per ordinem ad aliquod aliud opus. sic opera religiosi sunt incomparabilē eminentiora operibus archidiaconi vel plebani. ea enī que religiosi agūt ad illam radicem referuntur qua totam vitam suam deo deuouerūt. unde non est pensandum quid faciant sed magis q̄ ad quolibet facienda se deuouerunt. ⁊ sic quodammodo cōparentur ad eos qui aliquod singulare bonum opus faciunt. sicut infinitum ad finitum. **Q**ui enī dat se alicui ad faciendum omnia que iubet ī infinitum. magis se dat ei q̄ ille qui dat se ei ad aliquod opus faciendū. **U**nde supposito q̄ religiosus secundum exigentiam sue religionis faciat aliquod opus quod sit paruum secundum se sed tamē recipit magnā intentionem ex ordine ad primā obligationem qua se totum deo dedit. **S**i vero comparentur ipsa opera secundum se secundum primū modū comparationis. sic aliqua particularia opera que plebani faciūt vel archidiaconi sunt maiora aliquibus particularibus operibus que religiosi faciunt. sicut maius est intendere salutem animarum q̄ ieiunare vel sicut tenere vel aliqua huiusmodi. **S**i tamen omnia omnibus comparent. multo maiora sunt opera religiosorum. **E**t si enim procurare salutem aliorum sit maius q̄ intendere sibi soli loquendo in genere. tamen non quocunq; modo intendere salutem aliorum p̄fertur ei quod est quocunq; modo intendere sue salutem. **S**i enim aliquis totaliter ⁊ perfecte intendit sue salutem. multo maius est q̄ si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum si salutem proprie et

Tertium.

si sufficienter non tamen perfecte intendat. **A**d septimum dicendum quod bene administrare aliquid est plus minus. unde si illius cui plus commissum est tanto sit melior administratio quanto maius est quod ei committitur absque dubitatione plus meretur. Si vero ille cui minus committitur multo plus facit quam ille cui maius committitur. etiam si bene faciat. tamen alius plus meretur. quod etiam in rebus humanis apparet. qui minus beneficium percipit si plus serviat magis debet esse acceptus. Quibus autem habenti curam animarum sit plus commissum quantum ad dignitatem. quod tamen religiosus maiora opera facit ut dictum est magis meretur.

Deinde questum est de his que pertinent ad laicos. **E**t primo de matrimonio utrum scilicet mulier que post votum continentie emissum contraxit matrimonium in facie ecclesie possit absque peccato viro suo carnaliter commisceri. **S**ecundo de usura utrum aliquis possit licite retinere illud quod adquiritur licitis mercimonijs de pecunia usuraria.

Articulus xvij.

Primum sic proceditur. videtur quod mulier que post votum continentie emissum in facie ecclesie contraxit cum aliquo possit ei postmodum absque peccato carnaliter commisceri. Quod enim fit auctoritate ecclesie caret peccato cum fiat auctoritate christi secundum illud apostoli. ij. ad Cor. ij. Nam et ego quod donavi si quid donavi propter vos in persona christi. Sed per

dicta mulier ex hoc ipso quod in facie ecclesie contraxit matrimonium auctoritate ecclesie potestatem accipit ad matrimonij actum qui est carnalis copula. ergo non peccat si viro suo carnaliter commiscatur.

Sed contra. **V**otum continentie est excellentius quam votum abstinentie quod non est digna ponderatio continentis anime. ut dicitur Eccle. xxvi. Sed qui facit contra votum abstinentie peccat mortaliter. puta si aliquis frangeret ieiunium sexte ferie qui semper se in sexta feria ieiunaturus voluisset ergo multo magis semper peccat mortaliter persona que contra votum continentie emissum alteri persone carnaliter commiscetur.

Respondendum dicitur quod votum continentie est duplex. simplex scilicet et solenne. Solenne autem votum continentie impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum id est facit ut non sit matrimonium quod contrahitur post votum solenne. Unde matrimonium post votum solenne non excusatur a peccato etiam si quis matrimonium in facie ecclesie de facto contrahat et carnali copula utatur. **V**otum vero simplex impedit quidem matrimonium contrahendum sed non dirimit iam contractum. Non enim facit quod matrimonium sequens sit nullum. sed solum quod matrimonium contrahens mortaliter peccat. **M**atrimonium autem existente mulier non habet sui corporis potestatem sed vir. et similiter econverso. nullus autem potest alteri denegare quod eius est et ideo mulier matrimonio contracta etiam si simplex votum precesserit non potest denegare viro sui corporis usum precipue postquam fuerit matrimonium per carnalem copulam.

Quodlibet

Iam consummatum. nemo aut facies quod debet peccat. Unde cōiter ab omnibus dicitur q̄ mulier que post votū simplex continentie matrimonium tractum carnali copula p̄sumat vit̄ iam non peccat reddendo debitū viro. sed an peccet exigendo debitū dubium videtur quibusdam dicentibus q̄ etiam absq̄ peccato exigere potest ne intolerabile sit sibi matrimonij onus. sed verius dici videtur q̄ non peccat reddēdo quia hoc necessitatis est. peccat aut̄ exigendo. q̄ hoc voluntatis qua tenetur astricta per obligationem precedentis voti.

Divinus aut̄ diversitatis rō est quia votum solenne habz p̄missione cū quadam traditione. vñ votū continentie non solennifatur nisi p̄ suspensionem ordinis sacri per quem hō actualiter divino cultui mancipat. vel per professionem ad certaz regulam z suspensionem habitus p̄fessorum. quia sic etiam homo actualiter mancipatur ad serviendum deo i religione. **V**otum aut̄ simplex habz p̄missionē sine traditione. manifestus est q̄ postq̄ aliquis rez que erat sue potestatis alicui nō solūz promittit sed etiam tradit. nō potest eā vlti⁹ alteri tradere. puta equū vel vestem z similia. etiaz si postmodū alteri donare voluerit secunda datio non valet. **U**nde postq̄ aliquis per votum solenne continentie corp⁹ suū deo nō solum p̄misit sed etiam tradidit ad celibem vitam agendā non potest illud vlti⁹ cōiugi dare vt sic ex necessitate reddere debitum teneatur.

Qui vero promittit aliquid alicui nondū tamen tradit illud si postmodū alteri actualiter illud tradat. licz p̄missionis fidē frangat. tamē scda datio valet. ita q̄ ille cui datur pōt

re data vti vt vult. **S**ic ergo p̄sona que per simplex votum deo corpus suū promittit celibem vitā ducendaz si postmodū corporis sui potestates tradat cōiugi actualiter per matrimonium consummatum. peccat quidez frangens fidez voti. tamen donatio tenet. z coniux habz in eius corpore potestates. vnde non peccat debitū reddens. vnde oportz ad vtrūq̄ respondere.

Ad primū ergo dicendum q̄ mulier que emittit votum continentie contrahens in facie ecclesie non accipit ab ecclesia auctoritates vt carnali copula vtatur. quia si ecclesie constaret d̄ voto emisso matrimonium inhiberet. **S**i aut̄ sciret dispensaret in voto simplici continentie auctoritate apostolica. p̄ dispensationem non peccaret mulier. neq̄ exigendo neq̄ reddendo debitū.

Ad secundū quod est in contrariū dicendum. q̄ eadem ratio est in voto continentie z in voto abstinentie. **S**icut enīz persona que post votū simplex continentie emissum sui ipsi⁹ potestatem coniugi tradit absq̄ peccato carnali copula vtitur debitum reddens. ita si post votū abstinentie sui ipsius potestates alteri tradit religionēz intrando absq̄ peccato potest ieiunium solvere secundū obedientiam prelati z observantiaz religionis per quod votum solennizatum ab alijs votis absoluitur.

Articulus .xix.

Ad secundū sic proceditur. vñ dicitur q̄ quicquid aliquis d̄ pecunia vsuraria lucrat⁹ fuerit reddere teneatur. **D**icit enīz apostolus ad Ro. xi. **S**i radix sancta et rami. ergo econverso si radix infecta z rami. **S**ed radix huius lucri est infecta z vsuraria. ergo totū est infectū

Tertium.

z usurariū. Non ergo p̄t licite hmōi
lucrū retinere. **S**z contra. quilibet
potest licite tenere id quod legitime
adquisiuit. sed id quod adq̄ritur de
pecunia usuraria interdum legitime
adquiritur. ergo licite potest retine-
ri. **R**esponsio dicendū. q̄ huius q̄
stidōis veritas poterit apparere si cō-
sideretur ratio quare usurā accipere
sit peccatū. non em̄ est peccatū soluz
quia prohibitū. sed quia est contra
rationem naturālē. vt etiā p̄hs dicit
in p̄mo polit. **A**d cuius euidentiam
considerandū. q̄ rez in vsū hominis
ueniētū quedaz sūt quarū vsus non
est ipsius rei consumptio. etsi contin-
gat rem deteriorari vel consumi per
vsū hoc est per accidens. sicut dom⁹
vestis liber equus z huiusmodi. non
em̄ vti libro ē delere ipsum. neqz vti
domo ē destruere ip̄as. z in talibus
aliud ē dare vsū rei. z aliud est dare
substantiā rei. z propter hoc quādo
per accommodatiōnē vsus talis rei al-
teri conceditur. non propter hoc do-
miniū rei transfertur. z propter hoc
etiā pōt vendi vsus rei dominio rei
remanente apud dominum. sicut pa-
tet in conductione z locatione qui
sunt contractus liciti. **Q**uedaz vero
res sunt quarum vsus nihil ē aliud
q̄ consumptio ipsarū rerū. sicut pecu-
